



Clypevs Theologiæ Thomisticæ

Continens Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate; de Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Parisiis, 1669

§. IV. Præcipuæ objectiones solvuntur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77355](#)

130. Hec ratio non solum probat voluntatem non A posse habere plures ultimos fines totales actualiter, sed nec etiam habitualiter, aut unum actualiter, & aliud habitualiter, vel econtra: cum de ratione ultimi finis sit quod omnia ordinantur ad ipsum, & ipse ad nihil aliud actualiter vel habitualiter referatur. Probat etiam, quod nec etiam disjunctive possit homo appetere plures ultimos fines simpliciter, ita ut velii consequi non quidem utrumque simul, sed unum vel alterum: nam cum aliquis sub disjunctione vult aliqui duo bona, ita ut uno sit contentus, neutrum illorum ordinat ad alterum; de ratione autem ultimi finis simpliciter est quod omnia ordinantur ad ipsum. Item eadem B ratio demonstrat, non posse eundem hominem habere simul duos ultimos fines, quorum unus sit positivus, & alter negativus: implicat enim contradictionem, ut ab eodem homine simul omnia amentur propter aliquid finem, ad ipsiusque referantur, & aliquid non ametur propter talem finem, nec ad illum referatur: hoc autem sequeretur, si idem homo haberet simul unum finem ultimum positivum, & alterum negativum; nam finis ultimus positivus est, propter quem omnia amantur, & ad quem omnia referuntur; finis vero ultimus negativus, ille est qui non amat propter alium, nec ad illum refertur.

131. Denique eodem argumento probari potest, quod non solum homo non potest re ipsa & de facto habere plures ultimos fines simpliciter, sed quod nec etiam possit illos sibi praestituere seu configere: repugnat enim hominem apprehendere duo bona, quae ita se habeant, ut omnia ad ipsa referantur, & ipsa ad nihil aliud ordinantur, & quae ita perfecta sint, ut quodlibet illorum independenter ab alio plene & perfecte possit hominis appetitum satiare. Unde Gentiles qui plures Deos configabant, rationem primae cause & ultimi finis inter eos dividabant, & unum pro uno bono largiendo, aliud pro alio colebant: v. g. Martem pro re militari, Apollinem pro scientia, Venerem pro generatione, Cererem pro terra fecunditate, &c. unumque ex illis Diis pro arbitratu suo alteri subiciebant & subordinabant. Hinc Tertullianus cap. 5. Apolog. Romanorum superstitionem in eligendis Diis deridens, bellissime ait: *Apud vos (Romanos alloquitur) de humano arbitriatu Divinitas penitatur: nisi homini Deus placuerit, Deus non erit; homo jam Deo propitius esse debet.* Notat etiam D. Augustinus, eodem Romanos omnium Gentium Deos coluisse, prater Deum Iudeorum, cui nullam aram exercerunt; quia sciebant ipsum non posse alterius Dei consortium pati, sed velle se unum & solum coli: quod argumentum evidens est, finem ultimum simpliciter, non posse esse, nec apprehendi nisi unum; licet fingi possint plures falsi Dij, & plura bona commutabilia, in quibus homo partialiter constitutus rationem ultimi finis.

S. IV.

Statuitur secunda conclusio.

Dico secundò: Potest idem homo, pro eodem tempore, habere duos ultimos fines simpliciter, unum efficaciter, aliud vero ineffaciter.

132. Probatur primo: Licet volitus & nolitus ejusdem objecti in eodem homine simul repugnant

Absolutè & simpliciter, non tamen si una sit efficax, & alia inefficax; ut patet in eo qui tempestate urgente, simpliciter vult merces in mare projicere, & secundum quid non vult: Ergo licet volitus efficax duplicitis finis simpliciter ultimi, ex se repugnet in eodem homine; volitus tamen inefficax unius finis ultimi, non excludit voluntionem efficacem alterius finis ultimi.

133.

Confirmatur: Non est inconveniens quod duas formæ physicae contrariae reperiantur de facto in eodem subiecto, si una est simpliciter, seu in gradibus intensis, & alia secundum quid, & in gradibus remissis, ut patet in calore & frigiditate: Ergo pariter non est inconveniens, quod duo ultimi fines, qui inter se contrarij sunt, reperiantur in eodem homine, si unus est efficaciter, aliis vero inefficaciter volitus. Patet consequentia: nam finis inefficaciter volitus se habet sicut id quod est secundum quid, seu in gradibus infimis.

134.

Probatur secundò conclusio: Homo existens in peccato mortali, subindeque conversus ad bonum commutabile, tanquam in ultimum finem, potest operari aliquid opus moraliter bonum; v. g. dare eleemosynam ex motivo misericordiae: Atqui in illa actione non habet profine ultimo bonum commutabile, sed Deum, inefficaciter tamen volitum: Ergo potest homo habere duplum finem ultimum, unum efficaciter, & aliud inefficaciter volitum. Major est certa, & ex professo probari solet in tractatu de gratia. Minor vero suadetur: Tum quia si peccator haberet in illo actu bonum commutabile pro ultimo fine, in eo peccatum mortaliter & averteretur a Deo; quod admitti non potest, ut ibidem ostendemus: Tum etiam, quia cum eleemosyna ritè facta, & quodlibet bonum morale derivetur, a Deo ut natura ac boni honesti authore, ex natura sua tendit, & facit tendere hominem in Deum, ut in finem ultimum naturalem; inefficaciter tamen, cum sit ab homine existente in peccato mortali.

135.

Confirmatur: Valde probabile est quod justus, venialiter peccans, ex defectu plena deliberationis, habeat profine ultimo, inefficaciter tamen volito, creaturam; aliunde vero cum sit in gratia & charitate (quae per peccatum veniale non amittitur) habet pro ultimo fine efficaciter volito ipsum Deum: Ergo tunc habet duos ultimos fines, unum inefficaciter, aliud efficaciter volitum. Consequentia patet, Antecedens vero quod primam partem, de qua solum dubitari potest, sic ostenditur. Actus qui est peccatum veniale solum ex indeliberatione, habet idem objectum, & eundem finem, quem habet actus deliberatus circa idem objectum, & eundem finem, & solum est differentia in hoc quod unus est plene deliberatus, non vero alter: Sed si esset plene deliberatus, haberet pro ultimo fine creaturam absolutè volitam, quia esset peccatum mortale: Ergo cum non est plene deliberatus, eundem finem ultimum recipit, & solum est differentia penes plenam vel non plenam deliberationem, juxta quas est veniale vel mortale.

S. V.

Principia objectiones solvuntur.

OBRICES primò contra primam conclusionem. Homo mortaliter peccans

136.

DE VLTIMO FINE HOMINIS.

21

constituit ultimum finem in creatura, quam inordinatè diligit, ut communiter docent Theologi contra Adrianum: Sed homo potest diversa peccata, etiam disparatè se habentia, committere, sicut fornicationem, furtum, superbiam, &c. subindeque diversas creaturas inordinatè diligere: Ergo potest simul habere plures ultimos fines simpliciter.

137. Hoc argumentum tangit gravem illam difficultatem, quæ in tractatu de peccatis agitari solet, quinam nempe sit finis ultimus peccantis mortaliter, seu quænam sit illa creatura, in qua peccans mortaliter finem ultimum constituit? Omnis variis sententiis, duas solum hic referam, cæteris probabiliiores, & in Schola D. Thomas magis communes. Prima docet finem ultimum peccantis mortaliter esse ipsummet peccantem, qui omnia alia ad se ordinat, etiam legem Dei & ejus voluntatem, ut suum explet appetitum; illam vero creaturam, propter quam peccat mortaliter, esse dunt iuxat finem proximum in quem tendit, & à quo ejus actus specificatur. Favet huic sententiæ D. Augustinus lib. 14. de civit. cap. 28. ubi afferit, quod sicut amor Dei, usque ad contemptum sui, ædificat civitatem Dei, sic amor sui, usque ad contemptum Dei, ædificat civitatem Babilonis, seu peccati: Sentit ergo, quod sicut amor Dei facit ut homo se & omnia sua ordinet in Deum ut finem ultimum, ita inordinatus amor sui, qui (telle D. Thoma infra qu. 77. art. 4.) est causa omnis peccati, facit ut peccator omnia alia, etiam Deum, in seipsum ut in ultimum finem referat. Unde idem Augustinus lib. 21. cap. 26. & lib. 3. de libero arbitrio, at quod peccator vult sibi esse bonum suum, & Deus suus. Et D. Thomas in 2. dist. 42. qu. 2. art. 1. Finis (inquit) ultimus in amore commutabilium bonorum est ipse homo, propter quem omnia alia querit: & ideo si radix peccati accipitur ex parte ipsius peccantis, erit una; si autem sumatur ex parte eorum que propter seipsum peccans querit, erunt plures.

138. Contra hunc tamen dicendi modum militat hoc difficile argumentum. Peccator ipse respectu actus peccati mortalis est finis cui: Ergo non est finis cuius gratia. Antecedens est certum: cum enim quis inordinatè appetit honores, dignitatis, delectationes, certum est quod haec sibi appetit: Ergo est finis cui. Consequenter vero probatur: nam finis cuius gratia distinetus est à fine cui: cum ille sit res ipsa qua appetitur, iste vero subjectum cui appetitur: Ergo si ipse peccans sit finis cuius respectu actus peccati mortalis, non potest esse finis cuius gratia.

139. Confirmatur: Finis qui, seu cuius gratia, est id quod consequi volumus per operationem: Atqui peccator dum peccat non vult consequi seipsum, sed aliquid extra se: Ergo non est finis qui, seu cuius gratia, actus peccaminosus.

140. Verum hoc argumentum non eas habet vires, quas ejus Authores existimant: responderi enim potest, finem cui, & finem cuius gratia, formaliter distinguiri; non autem esse opus ut semper realiter distinguantur: nam in hoc actu dilectionis: volo Deo Divinitatem, eternitatem, omnipotentiam, & omnes ejus perfectiones: Deus est finis cui, Divinitas vero & attributa finis qui, seu cuius gratia; & tamen Deus non distinguitur realiter à natura divina, & ejus attributis. Cum ergo peccator dupliciter considerari possit, materialiter scilicet & secun-

A dūm se, & formaliter in ratione termini actus peccaminos, seu ut fruens & affectus divitiis, honore, delectatione, & aliis bonis temporalibus quæ inordinatè appetit; primò modò potest habere rationem finis cui respectu actus peccaminos, & sub alia consideratione induere rationem finis qui, seu cuius gratia, vel propter quem, in ordine ad eundem actum: appetit enim tanquam ultimum finem se ut divitem, honoratum, &c. seque non refert ad honores, divitias, &c. sed has potius ad seipsum perficiendum, tanquam medium ad finem ordinat. Ex quo patet responsio ad confirmationem: Minor enim distinguenda est. Peccator non vult consequi seipsum, absolute & secundum se, concedo: ut affectum & ornatum bonis illis temporalibus quæ inordinatè appetit, nego.

B Dices: Ex hac solutione sequitur finem ultimum spei esse ipsum sperantem: nam eodem modo possumus dicere, quod sperans potest consequi seipsum ut affectum visione beatifica.

Sed negatur sequela: licet enim homo sit finis cui speci Theologica, tamen nullo modo potest esse finis qui, seu cuius gratia, ob duplē rationem. Prima est, quia spes ex propria ratione est motus rectus in Deum, ut est beatitudo nostra: & ideo non potest reflecti supra ipsum sperantem; sicut contingit in peccato, quod est motus obliquus. Secunda ratio est, quia spes est virtus Theologica, de cuius ratione est quod directè respicit Deum: peccatum vero est affectus propriæ dilectionis, de cuius ratione est tendere in ipsum dilectum.

Secunda sententia afferit peccantem mortaliter habere pro fine ultimo bonum proprium & privatum, seu bonum satiatum voluntatis sua, quatenus appetibile juxta proprium arbitrium, & sine subordinatione ad regulas rationis, & legis divinae: juxta quem modum dicendi, ipse peccator non solum est finis cui, sed etiam pertinet ad finem cuius gratia, non quidem formaliter & in recto, ut docet prior sententia, sed connotativè & in obliquo, quatenus scilicet est id penes quod mensuratur bonum quod ab ipso inordinatè appetitur: nam cum bonum illud appetatur ut commodum & conveniens, quod est bonum respectivum, & dicens ordinem ad aliquod subiectum, oportet quod id respectu cuius dicitur conveniens, nimis ipse persona peccatoris, extrinsecè & in obliquo in eo importetur.

Hanc exximo esse mentem Cajetani in hoc articulo, s. ultimo, ubi haec scribit: Peccator nec in gula, nec in injuria apparente bono, seorsum constituit ultimum finem (cuius signum est, quia neutrum sibi sufficit) sed omnia commutabilia bona ad que peccator converitur, referuntur ad unum communem finem, qui est simpliciter ultimus sibi, scilicet ipsummet: quoniam omnia appetit ut conferentia ad bonum proprium; ita quod hujusmodi bona non appetuntur ut fines ultimi simpliciter, sed ut fines ultimi partiales, ut scilicet partes boni proprii, quod est simpliciter finis ultimus illius, & intentum in omni peccato mortali.

Ex his patet resolutio difficultatis proposita, quomodo scilicet ille qui plura peccata mortalia disparatè se habentia committit, & varia bona creata inordinatè diligit, non habeat plures fines ultimos totales & adæquatos, sed unum tantum. Nam sicut pater respicit ut terminum

C iii

formalem & totalem suę relationis filium à se A
genitum; hunc verò esse duplicem, vel triplicem,
materialiter sc̄ habet; & si fuerit triplex filius
ab illo genitus, quilibet illorum est terminus
partialis: ita qui peccat materialiter, respicit ut
finem ultimum totalem, vel sc̄ipsum ut bonis
temporalibus ornatum & affectum, vel bonum
proprium & privatum: quod verò bona tempo-
ralia quae appetit sunt plura, vel dumtaxat unum,
materialiter sc̄ habet; & si fuerint plura, quod-
libet illorum est tantum finis partialis illius, vel
finis proximus in quem tendit, & à quo ejus
Disp. 9. actus specificatur. De quo fusē in tractātu de
art. 2. peccatis.

§. VI.

'Aliud argumentum dissolvitur'

145. C ONTRA primam conclusionem militat
Aliud difficile argumentum, quod potest
sub hac forma proponi. Iustus peccans venialiter,
habet simul duos ultimos fines simpliciter:
Ergo potest homo sibi constitutre simul plures
ultimos fines simpliciter. Consequens pater,
Antecedens probatur. Iustus venialiter peccans
habet Deum pro ultimo fine simpliciter, cum
sit in statu gratiae & charitatis: Sed habet simul
pro fine ultimo creaturam, qua est objectum
fui peccati venialis: Ergo habet simul duos ultimos
fines simpliciter. Minor probatur: Cum
enim peccarum veniale sit intrinsecè malum, &
displaceat Deo, non potest in illum ut in ultimum
finem referri: Ergo ordinatur ad creaturam,
tanquam in ultimum finem simpliciter.

Mirum est quantum haec difficultas Theologorum ingenia exercuerit, & in quo dicendi modis eos abire coegerit. Sed relatis variis illis sententiis, quas in tractatu de peccatis referemus ac refellimus, breviter respondeo, iustum venialiter peccantem se convertere quidem ad creaturam, quam inordinatè dilit, tanquam in finem ultimum, non tamen efficaciter & simpliciter, sicut illum qui peccat mortaliter, sed tantum inefficaciter & secundum quid: eò quod peccatum veniale non sic convertit in bonum commutabile, quod avertat à Deo, & habitualiter conversionem ad illum destruit, sicut revera destruit per peccatum mortale. Non est autem inconveniens, unum & eundem hominem habere simul duos ultimos fines, ita tamen ut unus sit simpliciter & efficaciter volitus, alter verò inefficaciter tantum & secundum quid, ut in secunda conclusione ostendimus, & pater exemplo infidelis, vel peccatoris dantis eleemosynam ex motivo misericordiae, quod ibidem adduximus. Sicut ergo qui per peccatum mortale habitualiter est conversus ad seipsum, seu ad quolibet bonum commutabile, tanquam ad ultimum finem, non obstante hac conversione & statu, potest operari aliquod opus bonum moraliter, quod actualiter vel virtualiter referatur ad Deum tanquam ad ultimum finem, imperfectè tamen & inefficaciter, quia per tale opus non avertitur ab alio fine ad quem est conversus habitualiter: ita similiter qui per gratiam & charitatem habitualiter est conversus in Deum, tanquam in ultimum finem simpliciter, non obstante hac conversione & fine potest operari aliquod opus malum moraliter, scilicet peccatum veniale, quod actualiter vel virtualiter ad bonum commutabile, tanquam ad ultim-

A **m**um finem referatur, imperfectè tamen & inficialiter, eò quod per illud non avertatur à Deo, nec descatr ejus amicitiam, imò maneat absolutè amicus Dei, & cum proposito adimplendi voluntatem illius.

Dices : Impossibile est quod homo simul apprehendat duos ultimos fines simpliciter, ut supra diximus : Ergo est impossibile quod appetat illos, etiam unum appetat inefficaciter. Consequientia videtur bona, eò quod nihil possit esse volitum, etiam inefficaciter, quin sit praecognitum.

e Respondeatur tamen distinguendo Antecedens : 148.
B impossibile est quod homo simul apprehendat

Respondeatur tamen distinguendo Antecedens :
B impossibile est quod homo simul apprehendat duos ultimos fines, si hoc intelligatur de apprehensione practica tantum, verum est; non enim potest homo judicare hinc & nunc in una re esse suam beatitudinem, & ad illam omnia alia ordinari debere, & ex alia parte hinc & nunc esse aliam rem appetibilem non comprehensam in illa, & non ordinatam ad ipsam: si autem intelligatur antecedens de diverso genere cognitionis, uno scilicet speculativō, & aliō practicō, falsum est: nam peccata mortaliter iudicat speculativum solum Deum esse ultimum finem; practicē vero bonum commutabile, quod inordinatē diligit, ut finem ultimum apprehendit; subindeque simul apprehendit duos ultimos fines. Cum ergo ad volitionem inefficacem sufficiat cognitione speculativa, & ad efficacem requiratur practica; hinc fit quod homo possit simul habere duos ultimos fines, quorum unus sit efficaciter volitus, alijs vero inefficaciter: non tamen habere potest duos ultimos fines efficaciter volitos, etiam disjunctivē; quia illi requirunt diversa iudicia practica omnino incompatibilis. Alias hujus difficultatis solutiones trademus in tractatu de peccatis, disp. 9. art. 4. ubi exponemus quem finem ultimum actu intendat ille qui venialiter peccat.

ARTICVLVS VII

*Vtrum quemque vult homo, velit propter
ultimum finem?*

§. I.

Quibusdam præmissis difficultas proponitur.

NO T A N D V M primò, & ut ait Cajetanus, 149.
præ oculis semper habendum, quòd finis
ultimus est duplex, unus formalis, scilicet beat-
titudo in communi, alius materialis, nimurum
res illa in qua collocat homo suam beatitudi-
nem, sive sit Deus, sive bonum proprium, in
E quo, ut supra vidimus, peccator ultimum finem
constituit.

Notandum secundò, hominem posse agere
proper ultimum finem quatuor modis, actu-
aliter, habitualiter, virtualiter, & interpretati-
vè. Actualiter, cùm actu expresso voluntatis
tendit in finem ultimum; & tunc etiam dicitur
agerè proper ultimum finem formaliter. Ha-
bitualiter, quando habitualis dispositio repe-
ritur in homine ad finem ultimum: homo enim
ratione hujuscè dispositionis, ipsi dominantis,
dicitur omnia habitualiter referre in ultimum
finem. Virtualiter, quando actualis volitio
præcedens manet in virtute, & ratione ejus
virtutis relicta homo operatur, etiam tunc